

72

communis opinio est. et quia translatus est in paradysum ter-
restrem. Et hanc recitat b̄s aquinas noster in iij. sentētiar
Et si hec opinio esset vera tūc ad rationē est dicendū. q̄ he-
lias non pugnabit cū persona antixpi. quia ipsius persona di-
citur pseudo p̄pheta. sed pugnabit cum bestia siue septa eius.
que ultimis t̄pibus veniet cū gog ⁊ magog. Littera tamē illa
apochalipsis non est de eo nisi forte mystice. et sub aliqua simi-
litudine. Sed beatus hieronymus. Christus et gabriel ar-
changelus. exponūt omnia de helia mystico et non in persona
Malachias em̄ ultimo fuit autor huius opinionis de aduē-
tu helie dicens. Ecce ego mittam vobis angelum meum. qui
preparabit viam ante faciem meā. Et cōcludit in fine. Ecce
ego mittam vobis heliam tesbiten. qui cōuertat corda patrū
ad filios. Christus igitur qui ad litterā disputans cū iudeis.
a litterali sensu arguit. cum solum sciret litteralem esse argu-
mentarium. ita dicit. Quid ex istis videre. p̄phetam. Etiam
dico vobis plusq̄ p̄phetam. Ipse enim est de quo scriptum
est. Ecce ego mittam angelum meum qui preparabit viam an-
te faciē meā. Gabriel quoq̄ de iohāne similiter exponit dictū
capitulum ita dicens ad zachariam. Ipse precedet eum in spi-
ritu et virtute helie. ut conuertat corda patrum ad filios. Si-
militer hieronimus super malachiam vocat iudaizantes eos.
qui putant heliam in persona venturum. ita dicens. Iudei in-
quit et iudaizantes heretici dicunt heliam venturū ante sal-
uatoris aduentum. Unde discipuli in euangelio questionem
x̄po pponunt dicētes. Quid est quod pharisei dicūt q̄ helias
venturus est. et restitutus est omnia. Quibus dixit helias iam
venit. Et si vultis recipere. Iohānes ipse est helias. Nec hie-
ronimus s̄ alis doctor. Et ad augustinū est dicendū ut ibi ait
hieronimus. q̄ illā opinionē de p̄sona helie induxerūt phari-
sei et primi iudaizantes x̄piam. quoz tūc magna erat copia.
Et iō sequēs opinio fidelū. habuit radicē a vulgo iudaizāte
b iij